

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

6 quotations attributed to Priscianus in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Priscianus in prohemio: **Nihil ex omni parte perfectum in humanis inuentionibus esse posse credo.**

Exemplum etiam proponere placuit, ne pigeat alios etiam a me vel ignorantia forte praetermissa, vel vitiose dicta, nihil enim ex omni parte perfectum in humanis esse posse credo inuentionibus, sua quoque industria ad communem literatoriae professionis utilitatem congrua rationis proportionem vel addere vel mutare tractantes.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, Prooemium 3 (A. Krehl ed., vol.1, 1819, p.5).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb):

Priscianus libro 18. et finali titulo de significatione verborum significantium actionem et transitionem. **Inuideo tibi: quasi non inuidens tibi fio: hoc est non ferens te bene agentem videre.**

Quamvis, si quis attente haec quoque inspiciat, inter acquisitiva vel aequiparantia sunt ponenda: *noceo tibi*, id est nocens tibi fio: *invideo tibi*, quasi non videns tibi fio, hoc est non ferens te bene agentem videre: *maledico tibi*, contra te dico male.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, 18.25 (A. Krehl ed., 1820, vol.2, p.164.

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.65vb):

Priscianus in prohemio. **Omnis eloquentie doctrinam: et omne studiorum genus prefulgens sapientie luce a graecorum fontibus deriuatum latinos proprio sermone inuenio celebrasse: et in omnibus illorum vestigiis liberalibus consecutos artibus video. Grammaticae artis auctores quanto sunt minores tanto perspicaciores: et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium iudicio confirmatur.**¹ Libro i. titulo de substantiali potestate propria singularum litterarum. **Grecis in omni doctrina auctoribus utimur.**²

1. Cum omnis eloquentiae doctrinam et omne studiorum genus, sapientiae luce prae fulgens, a Graecorum fontibus derivatum, Latinos proprio sermone inuenio celebrasse, et in omnibus illorum vestigia liberalibus consecutos artibus video: nec solum quae emendate ab illis sunt scripta, sed etiam quosdam errores eorum, amore doctorum deceptos imitari, in quibus maxime vetustissima grammatica ars arguitur peccasse: cuius auctores, quanto juniores, tanto perspicaciores, et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium iudicio confirmantur eruditissimorum.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, Prooemium 1 (A. Krehl ed., vol.1, 1819, pp.3-4).

2. Postremo Graeci, quibus in omni doctrina auctoribus utimur, φ, cuius locum apud nos f obtinet, quod ostenditur maxime in his dictionibus, quas a Graecis sumpsimus, hoc est fama, fuga, fur, mutam esse confirmant.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, 1.4.15 (A. Krehl ed., vol.1, 1819, p.17).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda (fol.82rb):

Priscianus in prohemio: **In magna operis materia impossibile est aliquid perfectum breuiter exponi.**¹ Libro 7. titulo de vocatiuo singulari secunde declinationis: **Iuniores breuitate gaudent.**²

1. Sed quoniam in tanta operis materia impossibile est aliquid perfectum breuiter exponi, spatii quoque veniam peto, quamvis ad Herodiani scriptorum pelagus, et ad ejus patris Apollonii spatiosa volumina, meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, Prooemium 4 (A. Krehl ed., vol.1, 1819, p.5).

2. Iuniores vero gaudentes breviloquio, per conscisionem ea protulerunt.

Priscianus, *Institutiones grammaticae*, 7.9 (A. Krehl ed., vol.1, 1819, p.322).